



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

V. De Sacramentis, & vero eorum vsu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

homines uestra bona opera, & glorificetur pater
uester caelestis. Deinde accedunt alij fines, uidelicet
ut retineatur fides, iusticia, & uita aeterna, ut
dicitur, Si bonus fueris, erit acceptio. Et Paulus
quit Rom. 8. Si actiones carnis Spiritu mortifica-
ritis uiuetis.

SEPTIMO: Præmia seruatae obedientiae
pœnæ uiolationis considerandæ sunt. Summa præ-
miorum in hoc Pauli dicto continetur, 1. Tim. 4. Pater
habet promissiones præsentis et futuræ uitæ. Et
minatio hic recitatur. Si malus fueris, peccatum
quiescet donec reuelabitur, Reuelatur autem pec-
catum cum ira Dei sentitur, & pœnis præsentibus
ac aeternis homines opprimuntur.

OCTAVO: Cum in incoantibus nouam
dientiam maneant peccata, quibus dominari in-
mur, necesse est distingui peccatum dominans
non dominans, seu Mortale & Veniale, de quo
scrimine mox dicetur.

V. Locus.

DE SACRAMENTIS

Semper Ecclesia Dei colligitur, constituitur
& à cæteris gentibus distinguitur uoce promissionis
& externis signis diuinitus promissioni additis,
Sacramenta uocantur. Ita mox post editam promissionem

promissionem, qua recepti sunt Adam et Eua, signū
 seu Sacramentum erat conflagratio igni, qui flamma
 caelesti consumebatur. Id enim hoc in loco signi-
 ficat Moyses, cum inquit: Respexit Deus ad Abel &
 ad munera eius. Et digna est memoria D. Hierony-
 mi enarratio. Vnde scire poterat Cain, quod fratris
 munera suscepisset Deus, & sua repudiasset, nisi
 illa interpretatio uera esset, quam Theodotion tra-
 dit: Et inflammavit Deus? Ignem autem ad deuo-
 randum sacrificium solitum uenire de caelo, ex hi-
 storia Abrahae Gen. 15. apparet. Item. 3. Reg. 18. Eliae
 sacrificium caelitus inflammatur. 2. Paral. 7. in dedi-
 catione Templi Salomonis. Et 1. Paral. 21. Dauidis ho-
 locaustum igni de caelo accenditur. Item Leuit. 9.
 Egressus ignis à Domino, Aaronis sacrificium absum-
 mit. Et quia audierant Chaldaei & Persae, igni dela-
 pso ex caelo, incensas esse uictimas, Ignem postea ut
 Deum coluerunt.

Verus autem usus Signorum in Ecclesia retinen-
 dus est. Primo omnia Sacramenta omnium tempo-
 rum principaliter propter hunc finem instituta
 sunt, ut sint signa seu testimonia, seu pignora & si-
 gilla promissionis gratiae. Ut Abelo suum Sacra-
 mentum, uidelicet, Incensio uictimae de caelo, erat
 certum testimonium, quod promissio de uenturo li-
 beratore edita, esset rata & firma. Erat etiam testi-
 monium seu sigillum iusticiae seu reconciliationis
 Abeli, ut docet ad Ebraeos cap. 11. Abel pronuncia-

¶ 4 tus

tus est esse iustus, testificari super donarijs ipsi
Deo. Erat & signum passionis uenturi Seminis,
quo promissio loquebatur.

Sic cetera Sacramenta promissioni addita sunt
ut Circumcisio, quæ ideo in ea corporis parte ini-
tuta est, quia promissio facit mentionem Seminis, &
hoc signum impressum corpori Abraham, commemo-
nificabat eum de promissione uenturi Seminis, &
testimonium seu sigillum erat, quo Deus ostendit
recepisse Abraham credentem, & fidem eius con-
firmabat.

Eruditè Augustinus dixit Tractatu s. o. in
hannem, Sacramentum esse uerbum uisibile. Ideo
enim monet Sacramentum, quod uerbum promissi-
onis, sed incurrit in oculos, cum promissio sit acci-
penda auribus, & mens intuens Signum commemo-
rat de promissione, & statuat se iuxta promissi-
onem receptam esse.

Ideo rectè dicitur, Sacramentis ad confirma-
dam fidem utendum esse. Sicut enim fides per uer-
bum alitur, augetur & confirmatur. Sic Sacramen-
ta, quæ sunt externi ritus incurrentes in oculos, com-
monefaciunt nos de uerbo promissionis, & sunt
testimonia pignora, seu sigilla promissionis Euan-
gelij, quæ sola fide accipitur. Ideo in usu Sacra-
mentorum, fidem intuentem promissionem accipi-
neceffe est, ut usitatè dicitur. Non Sacramentum,
fides Sacramenti iustificat.

Execrandus est igitur error eorum qui docent, Sacramenta in hunc finem instituta esse, ut conferant gratiam ex opere operato, sine bono motu utentis, seu ut ipsi loquuntur. Sacramenta nouæ legis dare gratiam illis, qui non ponunt obicem. Manet enim æterna & immota sententia, Iustus fide sua uiuet. Item, iustificati fide pacem habemus. Item, Gratis saluati estis per fidem. Nec ulium opus est, quod ex opere operato mereatur gratiam, remissionem peccatorum &c.

Secundo: Sunt signa confessionis, in quibus profitemur, quid sentiamus.

Tertio: Sunt notæ discernentes Ecclesiam à cæteris Sectis.

Quarto: Sunt nerui seu uincula publicorum congressuum, quos Deus immensa bonitate constituit, & semper conseruat, ut latè spargi uox Euangelij, & Ecclesia audiri ac conspici, & doctrina conseruari possit.

Quinto: Quia spectacula incurrentia in oculos magis mouent animos, & facilius retinentur, quam nuda dicta: Addidit Deus talia signa promissioni, ut diuturnior & firmior esset memoria promissionis, & certius posset ad posteritatem propagari. Nam multi ritus simul sunt promissionum picturæ, ut inflammatio Agni, Circumcisio, Mactatio paschalis agni &c.

Sexto: Ipsi ritus Sacramentorum de certis offi-

M s cijs

cijis moralibus, ut de gratiarum actione, de dilectione & c. utentes admonent.

Hi fines Sacramentorum diligenter considerentur, & semper in conspectu sit principalis, quod sint signa promissionis & uoluntatis Dei erga nos, seu sigilla iusticie fidei, sicut incensio uictime Abelis signum erat Abelum iuxta promissionem receptum esse.

VI. Locus.

DE SACRIFICIIS.

Sacrificium in genere est ceremonia uel opus, quod Deo redditur, ut honore afficiatur.

Omnium autem Sacrificiorum ceremonialium principales & ueri fines fuerunt.

PRIMVS. Conseruatio publicarum congregationum. Voluit enim Deus publicos congressus esse in quibus uox promissionis de Christo sonaret, & tota doctrina uerae religionis ad posteros propagari posset. Ideo sacrificia & ritus instituit, ut talium congressuum nerui & uincula essent.

SECUNDO. Erant picturae commones facientes animos hominum de futuro Christi Sacrificio placante iram Dei, & merente remissionem peccatorum. Cum Abel uidebat cremari agnum, & quidem